

## Band VII., Nr. 2235, Seite 157-158

*Graf Konrad von Vaihingen dankt dem Bischof Berthold, dem Propst . . . und Kapitel zu Würzburg, dass sie dem Kloster Steinheim die Vogtei daselbst überlassen haben, und überträgt ihnen zum Ersatz das Dorf Glatzbach bei Vaihingen und einen Hof in Weihingen.*

Ohne Ortsangabe, 1271. November 7.

Reverendis dominis suis Ber[toldo] dei gratia episcopo<sup>1</sup> . . . preposito totique capitulo ecclesie Herbipolensis Cūnradus comes de Vaihingen sue parvitatibus obsequia cum reverentia debita et devota. Vestre dominationi gratiarum actiones immensas refero, quod petitionem meam admisistis permutando advocatiam in Stanhaim ecclesie vestre iure domini pertinentem cum bonis meis subscriptis, et quod eandem advocatiam monasterio sororum eiusdem ville de ordine fratrum Predicatorum contulistis. Et ecce bona, que in reconpensationem dicte advocatie vobis et ecclesie vestre de consensu et ratihabitione Gotfridi et Cūnradi filiorum meorum trado et assigno, sunt ista, videlicet: villa Glatzbach<sup>2</sup> sita iux[t]a Vaihingen et curia in Wihigin<sup>3</sup> cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, quarum videlicet ville ac curie dominium ad me spectare dinoscitur. Traditionem seu assignationem bonorum huiusmodi vobis et ecclesie vestre<sup>a</sup> per presentes literas venerabilis domini Hildebrandi abbatis de Mulbrun ordinis Zisterciensis et mei proprii sigillorum munimine roboratas. Ego vero abbas iam predictus confiteor per presentes, me dicte traditioni seu assignationi interfuisse una cum fratre Wernhero de Stucardia et fratre Marquardo de ordine fratrum Predicatorum, G[otfrido] decano de Vaihigen, Ūl. de Branburc<sup>4</sup> et Ūl. de Stain<sup>5</sup> nobilibus, R[einhardo] dicto Predicator<sup>b</sup> de Hochdort et Wernhero de Gertrigen militibus, qui omnes fide data unâ cum comite vice iuramenti dixerunt, villam et curiam pretaxatas esse maioris valoris, quam sit advocatia memorata, et ad petitionem eiusdem comitis in evidentiam premissorum me sigillum meum presentibus appendisse. <br> <br> Datum anno domini MCCLXXI. VII. ydus Novembris.

<sup>a</sup>Diesem Satz fehlt ein Verbum, etwa *significo*.

<sup>b</sup>Hinter dem zweiten *r* stand ursprünglich ein *e*, das aber getilgt und kaum mehr zu erkennen ist.

<sup>1</sup>Graf Berthold von Hennenberg.

<sup>2</sup>Großglatzbach, Mühlacker, PF oder Kleinglatzbach, Vaihingen an der Enz, LB.

<sup>3</sup>Neckarweihingen, Ludwigsburg, LB oder Enzweihingen, Vaihingen an der Enz, LB.

<sup>4</sup>Abgegangene Burg über der Bromberger Mühle.

<sup>5</sup>Nicht sicher zu ermitteln, welches Stein, eventuell Rechtenstein.

## II

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Es hängt nur noch das 1. Siegel an, das des Grafen Konrad von Vaihingen, rund, am Rande sehr beschädigt, bereits S. 133 beschrieben.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

StA Würzburg

**Signatur/Titel des Originals:**

Würzburger Urkunden 255

**Überlieferung und Textkritik:**

War ehemals im HStA München.

**Editionen:**

Monumenta Boica, Bd. 37, S. 445.

## Weitere Angaben

**Überlieferungsart:**

Ausfertigung

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Bromberg Wohnplatz (1136)<br> Bromberg, Sachsenheim, LB<br> Enzweihingen Wohnplatz (1115)<br> Enzweihingen, Vaihingen an der Enz, LB<br> Großglattbach Wohnplatz (7062)<br> Großglattbach, Mühlacker, PF<br> Gärtringen Wohnplatz (103)<br> Gärtringen, BB<br> Hochdorf / Enz : Eberdingen LB<br> Hochdorf / Enz Wohnplatz (945)<br> Kleinglattbach Wohnplatz (1118)<br> Kleinglattbach, Vaihingen an der Enz, LB<br> Maulbronn Wohnplatz (7043)<br> Maulbronn, PF<br> Neckarweihingen Wohnplatz (1026)<br> Neckarweihingen, Ludwigsburg, LB<br> Rechtenstein Wohnplatz (16926)<br> Rechtenstein, UL<br> Stein (Regierungsbezirk)<br> Steinheim an der Murr Wohnplatz (1102)<br> Steinheim an der Murr, LB<br> Stuttgart-Mitte Wohnplatz (55)<br> Stuttgart-Mitte, Stuttgart, S<br> Vaihingen an der Enz Wohnplatz (1130)<br> Vaihingen an der Enz, LB<br> Würzburg, WÜ